

R. P. IOSEPHI
GIBALINI
E SOCIETATE IESV
THEOLOGI,

De Vfuris, Commerciis, deque æquitate & vfu
fori Lugdunensis:

PARS SECVNDA

Complectens Prestationes annuas, Societates, & Cambia.

VTRIQUE FORO PERVTILIS:

Ex iure Naturali, Ecclesiastico, & Ciuili, Gallico & Romano.

NUNC PRIMVM IN LUCEM PRODIT



LUGDVNI.

Sumpt. Phil. Borde, Laur. Arnaud, & Cl. Rigaud.

M. DC. LVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS, ET APPROB. DOCT.

*Diolo el Sr Diego dela Fuente Hurtado a la libreria de
collegio real de la Compañia de N. S. de Salamanca*





NOBILISSIMIS ILLUSTRISSIMISQUE DOMINIS

D. IACOBO GVIGNARD, D. De
Belleueüe, Vicecomiti de S. Priest, Regi à Con-
siliis, in suprema tributariæ rei Curia Præsidi per
Delphinatum, Mercatorum Præposito II.

D. PETRO MELLIER, Scutario Nobili,
in tertiariæ iurisdictionis Curia Lugdunensi &
Præsidiali foro Consiliariorum Decano;

D. RAYMVNDO BERERD;

D. IVSTINIANO CROPPET, Scutario
Nobili, Domino d'Iriny, portubus, pontibus, &
viis Lugdunensis Prouinciæ veteris Præfecto,

E T

D. NATALI COSTAR,
Lugduni Consulibus.



QUOD in Scriptoribus reliquis est voluntatis, hoc iniungit mihi
necessitas officij, vobis vt mancipem ingenij mei fœtus, quibus in
lucem edendis vester obstetricatus est fauor. Quemadmodum
enim effusam à Sole lucem speculum fecunda refractione multi-
plicat, & refundit in cælum: ita Lectoribus in operum fronte si-
gnificem necesse est, hoc quidquid est doctrinæ, quanta demum
ea sit, ex vsuario Lugdunensium iure potissimum huc deriuari. Si quidem quod à
rationis præscriptionibus non aberrare defendo pluribus argumentis; hoc ipsum
addito exempli vestri suffragio haud paulò certius & euidentius comprobatis: quod
veluti cum legibus pugnans omnibus doctorum hominum configo sententiis, è
commercio tollitis eò celerius; quod ceteros ad imitandum pertrahit arcana virtu-
tis in illustri loco sitæ rapacitas: sic vt non tam super controuersis negotiatis ratio-
nis capitibus videar auctoritatem interponere meam, quam quod de vnaquaque
re iudicium agendo præitis Doctoribus, quibusdam orationis quasi vestigiis con-
fectaris neque tam hic liber dicendus sit ambignarum de conscientia quæstionum
decisio & diiudicatio, quàm integritatis & æquitatis vestræ historia, ad veri amussim
exacta diligentia & studio tanto, quantum difficultas materiæ postulabat. Nomi-
narem societatum in mercatoris & vsurariæ rei Apologiam, nisi omnem fallaciæ
suspicionem amoliretur vestra probitas, & innocentia singularis, cuius opinio
tam secundis populorum sermonibus vbique locorum inualuit; vt Lugdunen-
sium

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS SOCIET. IESV IN
Provincia Lugdunensi.

HUGO GVILLELMVS, Provincialis Societatis IESV in Provincia Lugdunensi, iuxta pri-
uilegium eiusdem Societatis à Regibus Christianissimis. HENRICO III. 10. Maij 1584.
HENRICO IV. 20. Decembris; 1606. LUDOVICO XIII. 14. Februarij 1611. & LY-
DOVICO XIV. nunc regnante 23. Decembris 1650. concessum; quo Bibliopolis omnibus prohibe-
tur ne libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos absque Superiorum permissione impendant;
permittit PHILIPPO BORDE, LAVRENTIO ARNAVD, & CLAVDIO RIGAVD, vi librum
cui inscriptio est: *R. P. IOSEPHI GIRALINI, e Societate IESV Theologi, de Usuris, Commer-
ciis, deque aequitate & usu fori Lugdunensis*; &c. ad Sex proximos annos imprimere ac libere diuen-
dere possint. Datum Lugduni die 14. Maij 1656.

HUGO GVILLELMVS.

APPROBATIONES.

AEQVVM omni ex parte iudicamus à Nobis attentè perlectum opus R. P. IOSEPHI GIRALINI
e Societate IESV Theologi de aequitate fori Lugdunensis, Usuris, & Commercii, quapropter no-
dum orthodoxum in fide, & moribus reperimus, sed necessitati publicæ eudendum assensimus, Lugduni Idu-
bus Nouembrijs 1656.

F. CYRILLVS MOEHL, Doctor Parisiensis, necnon
Carmelitarum Provincialis.

F. PAVLVS LOMBARD, Doctor Parisiensis, & Prior
Carmelitarum.

CONSENSVS.

HUNC librum qui inscribitur, R. P. IOSEPHI GIRALINI e Societate IESV Theologi de
Usuris, Commercii, deque aequitate, & usu fori Lugdunensis, &c. Typis mandari, & in lucem edi
in videri sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, & CLAVDI RIGAVD, Biblio-
polarum Lugdunensium. Ego Regis in praefectura Lugdunensi Procurator non impedit, die 18. No-
vembris 1656.

V. DE PANETTE.

PERMISSIO.

VISO Procuratoris Regis consensu, hunc Librum typis mandari septuaginta Lugdunensibus Bi-
bliopolis concedimus, & ne quis citra facultatem denud excudat protubenus, Lugduni die 18.
Novembris 1656.

DVS AVZEY.

SERIES



LIBER QVARTVS,

DE PRÆSTATIONIBVS ANNVIS, AN ET QVOMODO
sint vsuraria.



VSURAM non pro solo scenore, eoque improbo usurpato manumimus, *initio huius operis*; sed pro eo quod pro cuiuscunque rei vsu, aut vsione præstatur: quare non in mutuo dumtaxat reperitur vsura, in ea communi, propria tamen significatione: sed in aliis quoque contractibus, in quibus datur vsus rei siue vnâ tradatur rei eiusdem dominium, siue commoditas tantum & utilitas cum illius administratione, ut videmus in canone emphyteutico, in præstatione feudali, redditibus censualibus, vsuris dotalibus, & aliis eiusmodi, sub quibus aliquando latent vsuræ sceneratiuæ, aut aliæ quæpiam contra iusticiam noxiæ: quare horum omnium contractuum vsurarum, præstationum, & reddituum æquitatem, iniquitatēve aperire nos oportet: itaque postulat suscepti instituti ratio. Ordior à canone emphyteutico, in quo non semel occulitur iniustitia.

CAPVT PRIMVM.

De vsuris in contractu Emphyteutico latentibus.

ART. I. *Quid, & quotuplex sit emphyteusis.*

1. *De pensione, & canone emphyteutico.*

3. *Quinam Emphyteusim dare, aut accipere possint.*

4. *De obligationibus & iuribus emphyteutæ.*

5. *Quomodo fiatatur emphyteusis, & ad successores transeat.*

6. *De pactis emphyteusi appositis, an vsuraria sint.*

DEFINITIO. VITATVM sunt à Veteribus, quicquam esset ille contractus, quo prædia quibuscumque perpetuo fructuanda traduntur, quando videlicet pensio, vel redditus domino præstetur: cum aliud venditionem, alij ad locationem reuocarent, donec lex Zenoniana lata esset, quæ neque ad venditionem, neque ad locationem pertinere voluit, sed proprium esse contractum, Emphyteusim dictum: cuius natura suis legibus, & propriis passionibus regeretur, ut ait Iustinian. §. adeo, *Instit. de locatione*, habemusque ipsam Zenonis sanctionem in leg. 1. *Cod. de iure emphyt.* Quia tamen, ut statim videbis, magnam cum locatione affinitatem habet, ideo eius explicationem his, quæ de locatione proxime disputauimus, subiacere placuit.

R. P. Gibul. de Vsur. &c. Pars II.

ARTICVLVS I.

Quid, & quotuplex sit Emphyteusis.

DEFINITUR Emphyteusis, contractus quo res soli, siue immobilis in perpetuum, siue in longius tempus, quoad dominium vtile conceditur, sub certa pensione præstanda domino directo, & proprietario. Per particulam *res immobilis*, huius contractus materiam designauit; agri enim, fundi, & cetera eiusmodi rei soli dantur in emphyteusim, ut nimirum excolantur, & ex sterilibus fructuandi, ac meliores reddantur, vel statim monacho: per eandem quoque particulam distinguitur ab elocatione, à qua etiam differt, per translationem dominiij vtilis, quæ non fit in locatione: *Idem solet. Dig. locati. & liqui rem. Cod. eod.* Deinde neque in perpetuum, neque ad longum tempus res locatur, licet datur in emphyteusim. Differt quoque à venditione in qua, & si pius totum dominium, cum directum, cum vtile transferatur, & in illa res vendita semel tradita parè alienatur: in emphyteusi autem, sub conditione tantum, si nimirum pensio perpetuo soluantur. Denique in locatione, rei periculum ad solum locatorem, in emptione, ad solum emptorem pertinet; in emphyteusi ad utrumque dominum, nempe directum & vtile: nam si res tota pereat, utriusque perit, ut dicemus infra. Per eandem etiam particulam *dominiij vtilis*, distinguitur à censu refectionis, cum quo in pluribus

A aut